

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignum Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

In Aniciam Familiam Carmen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38372**

PER L'ARBORE MONASTICO

& Opera del P.D. Arnoldo Vuion

Fiamengo.

**Q**VESTO superbo Tronco,  
Che i sacri rami suoi  
Sparge coprendo i gran confini Eoi,  
Da BENEDETTA, hum il, casta radice  
Surse sempre felice.  
S'auuolse ne l'oscura  
Notte di lui, che la memoria fura.  
ARNOLDO indi l'elice : e con fatale  
Penna ci pinge il bel LEGNO VITALE.

Don Honorato Longhena Bresciano,  
Monaco di S.Benedetto.

IN ANICIAM FAMILIAM

Carmen.



Elluris medium latè complexa, virebat  
ARBO R, et ingentes tollebat ad æthe-  
ra ramos,  
Hæc rutilis diffusa comis, diffusa uenustis  
Fructibus, à toto visa est splendescere mundo.  
Firma erat, & folijs stabat bene fulta serenis,  
Et brutis sua queque feris habitacula præstans,  
Necnon cuncta suo pascens animalia fructu,  
Et dulces pauidæ nidos præbere volucri

Gaudens:

Gaudens : interea Cœli demissus ab axe ,  
En vigili , & Sanctus , dictis qui talibus infit :  
**A R B O R** amœna nimis valida collisa bipenni  
Concidat , excutite & folium , dispergit fructus ,  
Quasque tegit fugiantque feræ , fugiantq; uolucres .  
At sinite illæsum germen succrescere terra ,  
Fortia ferratis cui necesse vincla catenis ;  
Tingatur tum rore poli , tum corde ferino ,  
Vinat , eumque super mutantur tempora septem ;  
Donec adesse Deum , Diuum contentor , & æqui  
Discat , tñ excelsum toto dominarier orbe ,  
Qui potis est cuicunque velit diadema coruscum  
Tradere , & auratis humiles extollere sceptris .  
**A R B O R** dicta fuit Rex quondam diuina cultu  
Assyria , inuiso quem vana superbia flatu  
Sustulit elatum , memorandum dedecus orbi .  
Nescius ille Dei sic sensit vindicis iram ,  
Nam quadrupes inter sylvas obiectus opacas  
Nudus , inops , Aquilarum , et factus crinibus instar ,  
Septem continuos reptauit deuius annos .  
**A S T** subtili que mente Deū , STIRPS inclita nouit  
Virtutisque petit sectari castra serenæ ;  
Indubie ista suo transcribet clara nepoti  
Stemmata , nec dira recidet curuata securi ,  
Perpetuum sed fronde virens , ceu florida palma ,  
Termine multiplici cedro assimilata vigebit .  
**I T A L I C O** producta solo sic plurima secla  
Inter progenies veteri , que stellmate clarent

m + Floruit

ON.

Vita

Floruit, atque etiam nunc A R B O R Anicia splendet  
Virginis ante sacrum ducens hæc stemmata partum  
Viribus, ac opibus, virtutibus atque trophyis.  
Romulidum proceres inter, patresque togatos  
Emicuit; iam tum duodenis fascibus aucta,  
Iam tum magnifico necnon decorata triumpho  
Robore ab iniecto cognomen A N I C I A sumpfit.  
Inde rabi cælipotens humanos induit artus,  
Iam titulis bene nota suis, illustris auorum  
Fascibus, ipsa prior fasces submittere Christo  
Orsa, prior titulo Christi amplificata resulget  
Progenies inter cunctas quæ Consule gaudent.  
Quies prior ut titulo, nulli sic laude secunda  
Nomina cum rebus socians virtute coruscat,  
Namque tulit celebrem nullum non tempore prolem  
Quam vel magnanimus Mauors, aut Palladis artes  
Veltoga condecorat, pietas quoque sancta perornat.

D. Paulus Malassis, Brugensis,  
Monachus S. Iustini.

